

**05  
A  
1523**



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-609725-p0002-4

DFG

2

DISSERTATIO PHILOLOGICA  
DE  
**JIS, QVÆ FUERUNT  
IN ARCA FOEDERIS,**

Ex locis I. Reg. VIII. 9. & II. Paral. V. 10.  
collatis cum loco Hebr. IX. 4.

Qvam

Divino adsistente NUMINE,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO atq; EXCELLENTISSIMO

**DN. ANDREA SENNERTO,**

LL. Orient. in almâ hâc Leucoreâ P. P. undiqvaq; cele-  
berrimo, & Academiæ Seniore,

**DN. Patroño, Fautore atq; Preceptore eternum**  
*colendo . venerando.*

Publicè ventilandam proponit

**M. JOHANNES MAJUS, Argentoratensis.**

A. & R.

Addiem Junii in Auditorio Majori  
boris antemeridianis.

---

WITTENBERGÆ

Typis MATTHÆI HENCKELII. Academ. Typogr.  
ANNO M DC LXXX.



05 A 1523



## ביש הקייבר

Γένενταν τοις αρχομένοις δικαίους, τελε  
ιψανταν στατιν οργάνων, κατατάσσονται & εξ-  
πλανθάνονται τρια συνεχεία λόγοι.

I. Locus I. Reg. VIII. 9. in Originali  
ita habet.

**אין באהרון רק שני לוחות האבןים אשר הפרח שיבת  
משיח בחרב אשך כרת יהוה עבב בני ישראל בצאתם  
פארץ מצרים :**

## *II. Locus II. Par. V. 10.*

אֲשֶׁר בָּתְן מִשְׁמָרָה הַנִּיחָה שֵׁם מִשְׁמָרָה.  
Iisdem fermè verbis conceptus est, nisi quod pro

### III. Locus Hebr. IX. 4. in Greco

bis legitur verbis.

Ἐν ᾧ δὲ μνήμῃ χριστῷ ἔχοντα τὸ μάννα, οὐδὲ οὐ πάσῃ θεῷ Αἴαραν οὐδὲ  
βλασphemόσατο, οὐδὲ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης.

Multas hic adducere versiones, non videtur operæ preti-  
mm; ad huc saltem ultimum, quem paulo accuratius exami-  
nare animus est, unam vel alteram adduxisse juyabit.

Syrus igitur ita vertit.

Δε? Στην τι είναι? — Έχω τα δύο Δείρ  
Λεπτοί? Είναι δύο Λεπτοί? Ηλεκτρό μέταλλο τα δύο  
Δείρας στην αγορά.

Eterat in illâ (arcâ) urna aurea, in qvâ ipsâ erat Manna & virga Aharonis, qvæ propullulare fecit s. floruit & tabulæ Testamenti.

### Beza.

In qvâ (arcâ) urna aurea, ihabens Manna & virga illa Aharon, qvæ germinavit & tabulæ illæ pæcti.

### Lutherus.

In welcher war die gütne Gelte / die das Himmelbrode  
hafte/ und die Kuthé Aaron/ die gegrünet hafte / und die Tafeln des Testaments.

#### §. 1.

Contradictionem quandam in his locis esse, nemo st, qui non videat, in duobus enim prioribus locis expressè dicitur, in arcâ foederis *πτερυγίῳ* fuisse *תְּהִלֵּנָה* duas tabulas, in loco a. Hebræorum habetur, bi quoque fuisse *σάμυον* urnam continenter Mannam & virgam Aharonis. In his locis conciliandis variam Interpretes collocarunt operam, adeò ut plures ferme sint sententiæ circa hunc locum, quam vocabula in eo contentæ, ut difficile sit electionem instituere inter tot tantorumque viorum opiniones. Ut vero res eò clarior evadat, locum Hebr. IX. 4. paucis examinabimus (priores enim sicut clari sunt) subiunctis deinde variis Doctorum circa hæc loca sententiis.

§. 2. Et quidem quod concernit (1) voces *ču* *γ* variè secundum Interpretes, quorsum sint referendæ, an ad *τὸν κιβωτὸν* proximè præcedens, an ad *σκηνὴν* remotius, quod habetur v. 3. præced. Posteriorem ampliæuntur sententiam *Ribera*, *Tremelius*, *Junius* in *Parall. I. 3.* *Lorinus* in *Num. XVII.* è nostris Dn. D. *Pfeifferus* *Dub. Vez.* p. 488. *Vid. B. Welib. Harm. Bibl. ad I. Reg. VIII. 9.* qui & ipse huic sententiæ adstipulator & ex *Junio* pro suâ sententiâ confi mandâ similia adducit exempla, in quibus pronomen relativum non ad proximè antecedens, sed ad remotius referendum est, ut *Gen. X. 12.* Et Resenem inter Ninevem & Celachum, *Νίνη ipsa* (Nineve, quod remotius distat, quam Celach)

iaci) est civitas maxima. Et sic constituunt pietique Interpretes: Nineve enim Jon. I. 2. vocatur הַבָּבֶן הַגְּדוֹלָה, qvod & obseruavit & AbenEzra vocabulum refert ad נִנוֹת הַיָּא ו. v. p. a. ed. II. sic Ps. XCIX. 6. 7. In columnâ nubis locutus est אלוהים ad eos, sc. qui v. 6. enumerantur, & mentio Samuelis cum in vocantibus nomen Dei (ad quem non locutus est in columnâ nubis) inter antecedens & relativum interseruit. בְּאֵלָהֶם יְשׁוּב אֵל מְשֻׁלָּח וְאַחֲרָוּ וְאֵין אֵל שְׁמַיָּאל עַמְּהָם כְּמוֹ יוֹשֵׁב רַמי מִלחָמָה בְּשִׁלּוּם שֶׁב אֵל: Vox אליהה refers to לְבָרוּ וְלֹא עַמְּשָׂא וְקַמְּוּהוּ רַבִּים: tur ad Moses & Aaron & Samuel non est cum illo, sicut cum dicitur (I. Reg. II. 5.) & posuit sanguines bellum in pace; referendum est ad solum Joab, non vero ad Amasis, & talia exempla multa sunt. Vid. Glass. Phil. S. p. m. 513 sqq. & Excell. Dr. Presidem in Idiotism. LL. Orient. Can. 86. Sed de hac expositione plura dicendi infra occasio se ostendet. Syrus vero refert non ad vocem

תְּבָנָה tabernaculum, sed ad vocem קְרָבָה

arcam, dicit enim קְרָבָה לְדִין, vocula קְרָבָה est generis feminini, quæ ad קְרָבָה קְרָבָה tangvā Mascul. generis referri nequit, sed ad קְרָבָה קְרָבָה (à Graeco κιβωτός) tangvam generis feminini. Seqvitur cum B. Gerb. Comm. in h. l. D. Glass. Phil. S. p. 515. & alii.

§. 3. Vox קְרָבָה, urna, amphora jam consideranda venit, Hebr. est אַנְצָנָת, quæ vox semel tantum invenitur, nempe Exod. XVI. 33, ubi præcepit Moses Aharoni, ut sumeret אַנְצָנָת after præcepit Moses Aharoni, ut sumeret Urnam unam, illiq; inderet mensuram Homer τῆς Μαν, & poseret coram Domino ad custodiā: Hanc vocem variè vertunt: paropsidem, scutellam, phialam, urceum, paletam, vas in modum umbonis confectum. Tremell. ornām vertit, LXX. κύπευ χειροσκηνή, Targum צְלָוחִית amphoram, scutellam. Lutherus ein Krüglin, hic loci vero קְרָבָה, vertit, die geste. רְדָק deducit אַנְצָנָת, qvod Chaldaicis est frigescere, frigesieri. Qualevas fuerit, an aurum, an

argentum, an æneum, id h. l. non habetur: unde & Ab. Ezra dubitat, ita enim commentatur עַד חֶשְׁתָּ כָּל־חֲרֵס אֲוֹן נִנְצָנָת. Vox ἡγετηνός notat ut restaceum aut abeneum. Rashi pro testaceo habet. Sed dubium omne nobis eximic præsens locus Epl. ad Hebr. expressè enim dicitur, fuisse urnam auream. Unde autem Apostolus id habuerit, in medio relinqimus: forsitan ex traditione, ut nomina Jannes & Jambres; quemadmodum etiam in proximè præcedentibus Θυμιατήριον thuribulum vocat aureum, quod apud Mosen non legimus, quia enim reliqua vasæ templi aurea fuere, & hoc ex ornatu templi putarunt, si esset aureum: de hac urnâ dicit Apostolus, eam habuisse in sese Mannæ. Vid. locum ex Exod. modo citatum.

§. 4. Seqvitur πάθος Ἀαρὼν βλαστίου της γένησης, virga Aaronis germinans seu florens, de qua, quia paulò fusiis in specie agere nobis animus est, in præsenti plura dicere nil attinet. Succedunt ei πλάκες τῆς Διαθήκης tabulae fœderis, sic dictæ, quod continent fœdus inter Deum Hebreosque, unde & arca vocatur arca fœderis, quia in sese continebat tabulas fœderis juxta Corin. in Num. I. I. p. 13. Hæc brevis est ἀνάλυσις & explicatio loci Hebr. IX. 4. quomodo vero cum nostris locis I. Reg. VII. 9. & II. Par. V. 10. conciliari posse nunc dispiciendum erit. Ut autem res clarior evadat, ordine agemus de iis, quæ in controversiam veniunt, primum de tabulis fœderis, tum de urnâ Mannæ & virga Aaronis.

§. 5. Et quidem duas tabulas Decalogi ipsi arcæ fœderis inclusas fuisse, extra ullum dubium est. In hoc namque convenientia nostra citata dicta. Expressè enim in prioribus dicitur fuisse eas in אַרְכָּה & locus posterior Hebr. IX. aperte id confirmat, quod & Josephus aliquoties scribit I. 3. Antiq. c. 6. lib. 4. c. 8. l. 8. c. 2. cuius verba brevitas causâ omittimus & Philo l. 3. de Vitâ Mosis, arcem vocat vas legibus destinatum. Expressè etiam dicitur Deut. X. 4. Mosen posuisse Tabulas in arcâ, quam fecerat, ut essent ibi juxta præceptum Domini. Qui locus satis clarus est. Et Exod. XL. 20. habetur, quod Moses posuerit תְּהִלָּה אֶת הַעֲדוֹת אֶל הַאֲרוֹן in arcem. עֲדוֹת testimonyum nihil aliud est, quam haec ipsæ tabulae legis, sic Rashi per

per לוחות הברית explicat, quæ aliás vocantur הערות. tabula re-  
simonii cap. XXXI. ult. & XXXIV. 29. sic & in loco Hebr. IX. 4.  
cantur ἀπλάνες τῆς Διαθήκης tabula testimonii. Syrō eodem modo

תּוֹדָעַת תְּבִ�ָה (ex Græco Διαθήκη) tabula testimonii.

Bz. Tabulas pacti. Rationem hujus denominationis Vid.  
§. præced.

§. 6. Qvomodo autem in loco Hebr. 9. tabulis foederis  
adjungantur urna Mannæ & virga Aaronis, quæ expresse I. Reg.  
VIII. 9. & II. Par. V. per voculam קֶרֶב ex arcâ climanuntur, id  
est qvod hactenus Interpp. in diversas traxit sententias. In qvibus  
enumerandis prolixī sunt B. Gerb. Comm. in h. l. Epl. ad  
Hebr. & B. Waltb. in Harm. ad I. Reg. VIII. 9. ē qvibus nonnulla  
circa varias sententias non pigebit adducere, & qvid fortè in unâ  
alterâve desiderari queat ostendere, subjunctâ communiori no-  
strâ sententiâ. Id saltem in antecessum adhuc notetur in V. T.  
nullibi haberi de urnâ Mannæ & virgâ Aharonis, qvod posita  
fuerint in arcâ, sed id dicitur, reposita esse לפנֵי הָעֲרוֹת coram te-  
simonio, ut legimus de virgâ Aharonis Num. XVII. 4. & urnâ Man-  
næ Ex. XVI. 34. quæ & dicitur posita esse לפנֵי יְהוָה coram Do-  
mino. v. 33. Qvæ phrasis non solum de Mannâ sed etiam de lu-  
cernâ Exod. XXVII. 21. de thymiamate cap. XXX. 8. aliisque rebus,  
nunquam vero usurpatur de tabulis, videlicet fuisse positas co-  
ram Domine. Poni autem coram testimonio est poni coram  
arcâ, quæ & arca testimonii dicitur, sicut & tabulas legis absolute  
ערות appellari diximus: poni autem coram Domino, plane i-  
dem est, quoniam is peculiariter dicitur esse in arcâ. Vid. Lorin-  
nam in Num. p. 645. Secundum hæc loca igitur certum est, ur-  
nam & virgam non fuisse in arcâ, sed saltem coram arcâ. Unicu-  
tantum locus Hebr. IX. videtur probare in arcâ fuisse. Videau-  
mus varias opiniones.

§. 7. Et qvidem I. Chrysostomus & Theophylactus in h. l. di-  
eunt, tempore Mosis qvidem solas Tabulas fuisse in arcâ, sed po-  
stea à Jeremiâ urnam quoque auream cum Manna & virgam  
Aaronis

Aaronis in arca repositam fuisse, ut in eâ melius servarentur, id-  
que Paulum per traditionem accepisse. Ad hoc melius intelli-  
gendum, observandum est, nonnullos somniare, Arcam foederis  
una cum tabulis & cœteris quæ continebat in vastatione Hiero-  
solymitanâ absconditam esse à Jeremiâ Prophetâ, qui tum tem-  
poris vivebat, in profundâ quâdam montis Horeb speluncâ. Ita  
*Dorothus*, *Synops* de *Vit.* & *Mort.* *Prophetarum* in *Jerem.*  
*Theopbylaetus* in cap.9. *Epl. ad Hebr.* & *Epiphanius*, ita etiam  
*Josephus Ben Gorion*, cujus verba statim adducemus. Meminit  
etiam hujus fragmenti *Author lib. II. Maccab* quem plurimi post-  
modum Pontificii modo non omnes sequntur, utpote qui hunc  
librum pro Canonico habent. cap. II. v. 4. 5. 6. 7. 8. verba ipsa addu-  
cere nimis ptolixum fore: innuunt autem arcam foederis ab-  
sconditam à Jeremias & aliquando iterum à Deo ostendendam.  
Id vero non uno modo interpretati sunt. Multi enim è Ponti-  
ficiis *Vitalpandus*, *Sixt. Senensis*, *Cornel. à Lap. Bellarm. Sc.* & ipse  
*Epiphanius* & *Theopbylaetus* putant, post conversionem Judzo-  
rum in fine mundi id futurum, & arcam ex illâ speluncâ rediun-  
ram. Alii adhuc specialius dicunt ipsum *Jeremiam* & *Eliam* re-  
stituturos eam in suum locum in sanctum sanctorum, ita supra-  
citatus *Josephus Ben Gorion*. Cujs verba hac sunt:

וְהִארוֹן אַינָנוּ כִּי לְקַחְוּ יְרֵמִיחוּ הַנֵּבִיא עַם כָּל הַרוּעֲנִים אֲשֶׁר  
עָשָׂה מֹשֶׁה עַבְדֵי יְהָוָה בְּמִדְבָּר וַיֵּשֶׁם אֹתָם בְּהַר נְבוּא וַיַּמְצָא שֵׁם  
מִעְרָה וַיִּתְּנָם בְּתוֹכָהוּ וַיַּרְא הַכֹּהֲנִים אֲשֶׁר הִי בִּימִינֵי הַהְמָם  
אַחֲרָיו וַיַּרְא אֹתָם וַיַּקְצֵף וַיַּשְׁבַּע לְאמֹר כִּי לֹא וַיַּרְא הַאֲרָם וְלֹא  
וַיַּרְא הַמִּקְדָּשׁ עַד בָּוָא אַנְיָה וְלֹא יְהִי הַנֵּבִיא עַבְדֵי  
יְהָוָה אֶזְרָבֵל אֶתְהָרָן אֶל מָקוֹמוֹ אֶל קָרְשָׁן הַקּוֹדְשִׁים אֶל תְּחִרְצָן כָּנְפֵי הַכְּרוּבִים:

*Et arca non aderat, quia sum sit eam Jeremias Propheta cum omnibus auleis quæ fecerat Mosche servus Domini in deserto, & posuit ea in monte Nebo & invenie ibi speluncam, & in medium ejus collocavit ea. Et secuti sunt Sacerdotes ipsum qui fuerunt in diebus istis, & vidi eos, & iratus juravi dicendo: nemo sciet neq; coguoscet locum, usq; dum venero, ego & Elias Propheta servus Dei, ium restituamus arcam in locum unum in sanctum sanctorum subter alas Cherubim.* Alii cum,

*Augu-*

Augustino Torniello putant arcam postmodum inventam esse, eum Deus locum, in quo sacer ignis fuerat absconditus, Nehemias ostenderet (l. 2. Macc. c. i. v. 19. 20.) & quis omnes sententias recenseret. Vid. Buxtorff. Dissert. de Decalogo. Cum itaque Jeremias absconderet arcam, abscondisse dicunt simul urnam Mannae & virgam Aaronis & alia, ut extract. patet, ubi sic legimus: וְהַתְנִיאֵת מִשְׁנָגְנוֹן אַרְון נֶגֶן עַמּוֹ צְנַצְנָהָה הַמָּן וְצְלָוחִית שְׂמֹוֹן חַמְשָׁחָה וּמִקְלָוֹ שֶׁל אַהֲרֹן בְּשִׁקְרִיה וּפְרִיחִיה וְאַרְגּוֹ שְׁלַחְוֹ פְּלִישָׁתִיּוֹת דָּרוֹן לְוַיִּהְוֵי אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל: Et traditio est, cum absconderetur arca, absconditam cum ea esse urnam Mannae & lecythum olei unctionis & baculum Abaronis cum amygdalis & floribus, & capsulam, quam miserunt Philistai in dominum Domino Deo Iudaie. Sed hanc sententiam, uti nititur commentis & fabulis Rabbinicis ita merito cum B. Gerb. reprobamus. Et posito etiam, non concesso, Jeremiam vel alium quendam, Josiam (ut nonnulli volunt) abscondisse, nihilominus tamen minimè id quadrat ad nostrum locum Hebr. IX. quasi ante Jeremiam tantum ibi fuerint tabulae Mosis, sed postmodum, cum absconderetur arca, indita simul fuerint alia, ut urna & virga. Nam Epl. ad Hebr. non loquitur de tempore Jeremiae, sed Mosis, & de πρώτη σκηνῇ, de primo tabernaculo Hebr. IX. 1. Non procul abest ab hac sententiâ illorum opinio, qui cum Melchiore Cano l. 2. LL. Theol. existimant non quidem tempore Jeremiae, attamen post Salomonem, cum scilicet ædificatum esset templum, in arcâ fuisse deposita urnam & virgam, ut sic melius & tutius conservarentur. Sed obstat huic sententiâ idem, quod vers. præced. diximus, Apostolum nempe agere non de temporibus Salomonis, sed Mosis, non de templo, sed tabernaculo.

§. 8. Sed ne quis fortè objiciat nobis: Apostolum quidem loqui de temporibus Mosis, locum autem l. Reg. VIII. de temporibus Salomonis: sed exinde potius seqvi, tempore Mosis hæc omnia fuisse in arcâ, tabulas, urnam & virgam, tempore autem Salomonis, cum nempe arca templo inferebatur, solas tabu-

las Decalogi. Ita Ambrosius Catheinus objicit & hujus etiam sententiae, quae illa est, adductus est Tornellus, qui tamen aliam conjungit, ut postmodum audiemus. Respondemus (1) qui sic opinantur, nullo modo ostendere possunt, quando & quā autoritate, & à quo mox urna & virga arcæ indita ac inde postmodum fuerint deprompta, præsertim cum non licuerit aperire arcam. Vid. B. Walib. in harm. l.c. (2) ne quidem esse potest, ut tempore Mosis & tabulæ & urna & virga fuerint in arcâ, nam supra §. 6. allegavimus loca, in quibus expressè dicitur, hæc, virgam & urnam non in arcâ, sed coram ḥ̄n̄y arcâ posita esse. Affirmat id etiam Josephus l.3. Antiq. c.6. & Pbil. l.3. de Vit. Mosis afferentes, *solas tabulas tempore Mosis in arcâ fuisse.*

§. 9. Alii 4. Existimant verba I. Reg. VIII. ita esse intellegenda, quod principaliter in arcâ assertari debuerint tabulæ legis, quibus hæc arca destinata, reticeri autem minus principia, urnam & virgam, de quibus agat Hebr. IX. ita Osand. in Schol. ad II. Par. V. 10. & Lyra l. Reg. 8. cujus verba vid. ap. Walther. cit. l. Hugo hic suspicatur hiatom, ideo inquit: *tabula lapideæ, supple* ♂ *urna aurea plena Mannâ, ♂ virga Aaron.* Hac enim omnia testatur Apostolus fuisse in arcâ Hebr. IX. alibi tamen ad II. Par. V. ejusdem cum Lyrâ sententiae est: Sic enim in Notis: videtur falsum, quod hic dicitur, quia etiam ibi erat urna aurea ♂ virga Aaron, ut dicit Apostolus ad Hebr. 9. Sed quia tabulae digniores erant (quia scriptæ digito Dei) ideo tantum de illis hic fit mentio, tamen non excluduntur alia. Hujus etiam sententiae est Thomas. Vid. Gerb. in cap. 9. Epl. ad Hebr. Sed forte esset hoc aliiquid, nisi obstatet I. Reg. VIII. & II. Par. V. vocula p̄n quæ certè non sine causâ addita fuit, sed nimis manifestè alia etiam minus principalia excludit.

§. 10. V. Sunt, qui ita conciliare student: quod scilicet per voculam p̄n non excludantur virga & urna, sed sicutem aliæ leges, ut sensus sit, nihil ex totâ lege erat in arcâ nisi decem præcepta: ita Vatablus: nihil aliud ex totâ lege scilicet ex libro legis conlinebat in arcâ nisi ♂. Hujus sententiae etiam est

est R. Levi Ben Gersom in Bibl. Basil. fol. m. שׁ. עט. Sic com-  
 mentatus. אין בארון זוח לא ישולול שלֵת ה'ו שֶׁ  
 הרכיזט שנזכיר בטורות שה'ס מונחיזט בו כמו מטה  
 אהרון וצנצרת המן אך של בזוח לא היה שֶׁ  
 : מהתורה רק עשרה הרכיזט *Hoc non negat, ac si non*  
*fuerint ibires ille, quorum mentio fit in lege, quod posita fuerint in*  
*archa, ut virga Aharonis Urna Manna, tantum negat id, quod*  
*non fuerit ibi quid ex lege prater decem verba.* Sed quis non vi-  
 det haec esse coacta, & ne minimum indicium hujus in textu ha-  
 betur. Affinis huic sententiae illa est, quae dicit: particulam  
 exclusivam interdum excludere absolutè, interdum accommodare  
 sicuti I. Reg. XII. 20. negatur quenquam secutum domum Da-  
 vid, nisi seu exceptâ tribu Iudâ solum & tamen v. 27. illicò tribus  
 Benjamin additur. Sed planè alia ratio est in l. c. & sensus ibi  
 est, nulla omnino tribus scil. tota adhæsit domui David prater  
 tribum Iuda: & licet datam distinctionem non improbemus, di-  
 cimus tamen, exclusionem absolutam tamdiu servandam esse,  
 donec urgens ratio svaserit aliud.

§. II. VI. Piscator aliique notant (in) hic per Hebrais-  
 sum ponit pro (cum) ita enim ille ad cap. 9. Epl. ad Hebr.  
 Es mag gedolmetschet werden/bey welcher scil. Laden / war der  
 gûlden Krug mit Manna / und die Rute Aarons / v. s. f.  
 & ita quoq; Tossanus ad I. Reg. VIII. Die Worte des Apo-  
 stels muss man also verstehn / dass die gemelten zwey stücke  
 Manna und die Rute Aarons) nicht eigentlich in der Laden/  
 sondern in demselben Ort des Tabernackels / da die Laden war/  
 ja bey und vor der Laden gewesen seyn. Ex. XVI. 33. Num.  
 XVII. 10. Approbat hanc sententiam Torniellus allegans simi-  
 lia exempla, quæ vid. apud Walib. Harm. I. Reg. VIII. 9. Nec  
 procul est ab hac sententiâ Lorinus. Ita enim ille p. 645. in  
 Num. Quod si (in quâ) ad ipsam arcam referas, proximè positam in  
 textu ejusdem Pauli, est g. fæminini generis etiam Græcæ uibatōs aer-  
 bogas

cipiendo (in) pro (cum) ut sèpè fit i idiotismo Hebræo &c. alia deinde producit exempla, quibus sententiam suam confirmare nütur, ut ex hoc ipso cap. 9. Hebr. v. 4 5. ubi scriptum est: tabernaculum habuisse thuribulum aureum, quod tamen non in se, sed propè se habuerat. In quem locum vid. accuratissimè differentem **Magnif. Dn. D. Seb. Schmid** Patronum & Praecept. meum æternum venerandum Comm. in cap. 9. Hebr. Et sic quoque explicat locum Deut. XXXI. 26. de libro Deuteronomii: Ita Johannes dicitur baptizasse in Bethaniâ i. e. prope Bethaniam Joh. I. 28. plura exempla vid. ibid. ap. Lorinum accuratè hac de re differentem & Glass. Phil. S. p. 762. Verum si hæc sententia procedit, sequetur etiam Tabulas Testamenti non fuisse (in) sed (prope) arcam, nam & de iis τὸν usurpatur & hæc tabulae huic pronomini induculo nexu statim subjiciuntur. Huic sententiae confinis est illa Stapulensis, qui putat, Epistolam hanc, utpote ad Hebreos Hebraicè scriptam esse, nec tamen Hebraicè, uti scripta est, extare; ex quo colligit, nos nescire, quā propositione Paulus fuerit usus; Graecum autem interpretem subinde præpositionem diversam aut minus propriam reponere. Pro eo igitur, quod in Graeco extra (in qua) Apostolum in Hebreos scripsisse (cum qua) Sed probet Stapulensis, hanc Epistolam ad Hebreos esse Hebraicè scriptam.

§. 12. Quidam VII. τὸν ἐν ᾧ putant non esse referendum ad nomen proximum κιβωτὸν arcam, sed ad remotius οὐκενὴν tabernaculum. Vid. §. 2. ex Walthero & aliis. Sed bene observat B. Gerb. & Glass. loco supra cit. & alii, si de eo (tabernaculo) adhuc loqueretur, continuasset sermonem ex participio præced. ἔχοντα hunc in modum: χευτῷ ἔχοντα θυμιατήγειον καὶ τὸν κιβωτὸν &c. καὶ τὸν σάμυνον χευτῷ ἔχοντα τὸ μάρτυρα καὶ τὸν πάθον καὶ τὰς πλάκας. Et quod maximè urgamus, obstat v. 5. seq. ubi ait ωρεάνω δε αὐτὸς χειροβιός δόξης, quæ clara est descriptio arcæ, nam super tabernaculum non erant Cherubim, sed super arcam.

§. 13. B. igitur Gerb. illam apprehendit sententiam, uti & Ludov. de Dieu, quā (in) dicitur quandoque ponit pro (juxta apud

apud) cum respondeat praefixo 2. Ita ait: Christum dici emen-  
tes & vendentes ejecisse in templo Matth. XXI. 12. [Marc. XI. 15.  
& tamen illam negotiationem non fuisse in templo, sed tantum  
in porticibus & prope templum. Vid. plura exempla ap. ipsum.  
Hanc sententiam uti quidem non improbamus, ita magis attridet  
nobis sententia ista, quod statuit: arcam lumi dupliciter vel stri-  
cte pro ejus interiori venire, in quo nil nisi duae tabulae, vel latè  
pro totâ structurâ unâ cum receptaculis lateralibus, id quodibus  
urna & virga fuit, ita B. Walib. B. Glass. Leusden. clav. Græc. &  
alii. Habisse autem arcam talia receptacula patet ex Deut.  
XXXI. 26. ubi liber legis reposi jubarunt מצר ex latere arcae & I.  
Sam VI. 8. ubi capsula cum muribus aureis posita esse dicitur  
מצרו à latere ejus. Et ne quis objiciat, hoc latius fuisse interius  
v. 15. ibid. egregiè exponitur, dum dicitur חַרְנוֹן אֲשֶׁר אָתָּה capsu-  
la, quod cum ipsa (arcâ) h. e. ipsi exterius in receptaculo quodam  
addita, in quo sine dubio etiam liber legis erat, ut postmodum  
audiemus, dc hoc autem dicitur, quod è templo deportatus & ad  
Regem Josiam delatus fuerit II. Reg. XXII. & II. Par. XXXIV.  
Jam vero probabile est, arcam semel propitiatorio impositis le-  
gis tabulis ecclusam, nunquam deinceps fuisse apertam. Vid.  
D. Job. Adam Ofiand, in Deut. XXXI. 24. 25. Adeoque dicimus  
cum Magnif. Dn. D. Seb. Schmid, supra laudato in Comm. Ep.,  
ad Hebr. p. 900. observandum esse, quod τὸ εἰ bic latius usurpetur  
comprehendatque sum quod intra sum quod juxta fuerunt: εἰ δὲ in quod  
vel inclusa vel ad latius posita fuerunt. Et sic res satius erit expedita,  
& ut itidem notat Exegera iste profundissimus: τὸ εἰ non opponitur  
τὸ ἐξω sed τὸ ἔσω σεῖν, ut statim sequitur. Oritur autem hic  
difficultas, quomodo virga vel baculus Aaronis potuerit recludi  
in arcâ vel latere arcae, quippe quod duos tantum cubitum & se-  
missem longitudinis habuit, ut constat ex Ex. XXV. 10. Respon-  
demus cum B. Walib. qualis illa virga fuerit, nobis non satis  
constat, si fuerit baculus viatorius, comodo hominis usui definitus,  
longitudinem arcae aut non excessit, aut quando excessit, vel in  
dimidiâ sui parte fuit fractus, & ita duplicatus alicubi recendius  
vel pars ejus aliqua fuit detracta, eo nimirum loco, ex quo nec fren

*des prodierunt, nee surgentes gemma, nee fructus jam erumpentes.  
Et si, qvod verisimilius est, fuit insigne summi sacerdotii, cessa-  
bit omnis difficultas.*

§. 14. *liber liber  
legis fuerit repositus in arcâ vel latere arce. Affirmativam pro-  
bamus ex Deut. XXXI.26. Negativa vero videtur probari pos-  
se ex nostro loco Hebr IX, ubi nil planè habet Apostolus deli-  
bro legis. Sed paucis Respondemus cum Magnif. Dn. D. Schmid  
loc. supra cit. Apostolum hic agere de rebus Typicis, qvoniam  
autem liber legis inter eas non fuit, ideoqve noluisse ejus men-  
tionem injicere. Rabbini qvidem hic duas fingunt arcas, alte-  
ram qvam Moses, alteram, qvam Bezaleel confecerit: in illa fuis-  
se duas tabulas legis, in hac virgam, urnam & librum legis. Au-  
diamus hac de re David. Kimch, ad I. Sam. IV. 4. edit. Basil. fol.*

זה הוא : זו ברית יי' צבאות רצח  
הארון שבו מונחין שבריו לזרות והוא היה יוצא  
עמהם למלחמה והוא שנאמר עליו וארון ברית יי'  
נוסף לפניו הכתן ומצתנו מחלוקת ברכבי רבותנו זל  
בזה מהם אמרו כי לזרות ושברי לוחות מונחין  
בארון אחר וספר תורה עמהם בארון ומה שאמר  
ושמתם אותו מצד ארון בריתת יי' פירוש ושמתם  
אותו בארון מצד לוחות ברית השם ושמתם  
אמרו כי כמו גלוסקא עשו לארון מבחוץ ושם היה  
ספר תורה מונח וזהו שאמר מצד ארון ברית יי'  
ומהם אמרו כי בארון אחר לברו הוה ספר תורה  
מנוח ו מהם אמרו כי לשבר לוחות היווח ארון לברו  
והוא הוריה יוצא למלחמה והפסוקים טפיוחין כי  
הלזרות השלומות היו בזה הארון שהביאו

במחנה

במאנה שהרי אמר יושב ארכובים מראח כי הכהנים  
היו עליו ועוד כי זה הארון שיצא למלחמה וזה הוא  
ארון שהיה בבית שמש בשוכן משרה פלשתים והוא  
שהיה בקרית יערם ובבית עבר ארום ובעיר  
דור ומער דор העלווה והכניסתו לבירת קרש  
: *Hec est arca, in qua reposita erant  
fractæ partes tabularum, & hæc erat cum eis  
exiens in prælium, & hoc est quod dicitur de eâ*  
(Num. X. 33.) & arca foederis Domini proficilens ante eos.  
*Et invenimus dissensionem in verbis Rabbino-  
rum nostrorum benedictæ mem. circa hanc rem.*  
*Quidam ex illis dicunt, quod tabulae & fractu-  
rae tabularum posita fuerint in arcâ una & liber  
legis cum ipsis in arcâ. Et quid est, quod dicitur*  
(Deut. 31. 26.) & ponetis eum è latere arcæ foederis Domini:  
*id sic interpretandum & ponetis eum in arca è  
latere tabularum foederis Domini ; & quidam*  
*& illis dicunt, quod formam capsulae fecerint ar-  
ca & extrinsecus, & ibi fuerit liber legis repositus,  
ex hoc est quod dicit (Scriptura loco supra cit.)*  
*è latere arcæ foederis Domini. Alii dicunt, quod in ar-  
ca una solus liber legis fuerit repositus. Alii ex  
ipsis*

ipsis dicunt, quod in area una solus liber legis fuerit depositus. Alii dicunt, quod fracturista-  
bularum assignata fuerit arca sola & ipsa fuerit  
exiens in prælium. Sed textus arguunt, quod  
tabulæ integræ fuerint in hac arcâ quam addu-  
xerunt in castra; ecce enim dicit: Sedens super  
Cherubim, indicans, quod Cherubim fuerint  
super illam. Et porro, quia hæc arca quæ e-  
xiit in prælium, illa ipsa arca fuit quæ erat in  
Bethschemes, cum reducerent eam ex agro Phi-  
listæi, & ea, quæ erat in Kiriath Jearim in domo  
Obed Edom, & in urbe David & ex urbe Da-  
vid ascendere fecerunt eam & introduxerunt in  
domum Sancti Sanctorum. Qui plura hac de re de-  
siderat, adeat Talmud Massechet **תַּלְמִידֵי** R. Mose Ben Nachman  
Comm. ad Parasch. **עֲקָבָה** & alios.

Nos has ineptias non curamus, nam nec Moses, qui tamen  
sat prolixus est in describendo tabernaculo ejusque contentis,  
nec Josephus hujus arcæ meminerunt. Quin potius unam pu-  
tamus arcam fuisse, in qua vel ad cujus latus posita erant illa, de  
qvibus hactenus disseruimus. Sed finimus

Deo T. O. M. sit laus, honor & gloria in  
secula, Amen.

¶  
¶  
¶

05 A 1523

ULB Halle  
003 778 479

3




V317



# Farbarkarte #13

B.I.G.



OPHILOLOGICA  
DE  
**FUERUNT**  
**FOEDERIS,**  
II. 9. & II. Paral. V. 10.  
Ioco Hebr. IX. 4.  
Qvam  
**stente NUMINE,**  
**ÆSIDE**  
LISSIMO atq; EXCELLENTISSIMO  
**A SENNERTO,**  
eucoreâ P. P. undiqvaq; cele-  
cademiaæ Seniore,  
atq; Præceptore æternum  
. venerando.  
tilandam proponit  
**MAJUS, Argentoratensis.**  
i. & R.  
ii in Auditorio Majori  
ntemeridianis.  
ENBERGÆ  
NCKELII. Academ. Typogr.  
M DC LXXX.